

possint ipsi, ideò propriè intelligatur (1.) eorum à potestate hostium secularium immunitas. Nam ut ait *Virgilius*:

*Nullum cum victis certamen, & atbere cassis.*

Hinc apud Gentiles etiam cum mortuis pugnare nefas erat, ut deduxit *Grotius* de J. B. & P. Lib. 2. c. XIX. v. 2. multò magis apud Christianos, ubi mortuorum sepulcra violare quoque piaculum est. Vide *Sächsisch. Land. R.* Lib. 2. Art. 13. Adde *Kirchmannum* de funeribus Rom. Lib. 3. c. 26. (2.) eorundem à curis humanarum rerum secessus. Unde dicuntur ἀναλῦσαι *Phil. 1, 23*. Metaphora forte desumpta ab equis vehiculo alligatis, qui labore finito resolvuntur. Unde eo in loco adhibetur Syriaca radix פטר̄ quam *Chaldaeus* interpres in *Expos. Loci Cant. I, 1*. de Mose adhibet ex curis hujus vitæ dimittendo. Quò & Judæi respiciunt cum mortuum פטר̄ à curis solutum vocant. Vide *D. Geier.* ad dictum *Phil. 1, 23*. (3.) Notatur eorundem ab omni metu relevatio. Neque enim malè hic sentit *Ravanellus* *Biblioth. p. 638*. cum ait, *Esaïam* hoc textu allusisse ad locum *Exod. XII, 22*. ubi *Israëlitæ*, cum angelus *Vastator* *Ægyptiorum* domicilia obiret, ædium suarum foribus occlusis, dicuntur ab omni & metu & societate malorum abfuisse. Eodem enim modo piè defuncti, saviente per terrarum orbem ferrò, & metu carent & dolore.

§. 6. פַּעַרְךָ) *super te.* פַּעַר Cum præfixo ב̄ significat non solum *post*, sed & *pro*, sive *bono alicujus*, ut *II. Reg. IV, 4*. ubi *Propheta* præcipit viduæ: *claudere ostia פַּעַרְךָ וּבְעַרְךָ בְּנֵיךָ* *post te & filios tuos: imò pro TE & filiis Tuis.* Sic & *Gen. VII, 17*. dicitur *Deus clausisse januam פַּעַרְךָ* *pro ipso*, nempe *Noacho* ejusdemque salute. Conf. *Gerb.* ad eum locum. Notabile tamen est, quod *R. Salomo* ibi פַּעַרְךָ existimet itidem esse atque פַּעַרְךָ quod de muliere reperias, quam *Deus* voluit esse adiutorium viri פַּעַרְךָ *Gen. II, 18*. id quod *On-*

B

kelos